

# Universitätsbibliothek Wuppertal

## Davidis Ruhnkenii Opuscula Varii Argumenti, Oratoria, Historica, Critica

Ruhnken, David

Lugduni Batavorum, 1823

De Orpheo

---

**Nutzungsrichtlinien** Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-1677](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-1677)

# DE ORPHEO.

## EX EPISTOLA CRITICA II.

EJUSDEM OPERIS, p. 228, sqq.

**H**actenus de Apollonio. Cujus castigationi, quid magis consentaneum est, quam alterius Argonauticorum scriptoris, multo foedius contaminati, Orphei, correctiones adjungere, praesertim cum nobis praesidia quaedam in promptu sint, quae novissimo Editori, Gesnero defuerunt. Nam vir egregia literarum scientia, Christianus Fredericus Matthaei, mihi donavit Argonauticorum Codicem, non illum quidem valde antiquum, veruntamen omnibus, qui adhuc excussi sunt, facile praefendum. Tum vir et natalibus et eruditione excellens, Aloysius Emericus liber Baro a Locella, quo neminem cognovi ad has literas juvandas paratiorem, mecum communicavit Codicis Vindobonensis membranacei Variantes, manu sua quam accuratissime excerptas. Qui libri quid Orpheo profuerint, in singulis locis reperietur. Cujus sint carmina, quae Orphei nomine circumferuntur, veterum dissensus incertum facit. Is, qui Argonautica et Hymnos Orpheo subjecit, sive Onomacritus fuerit, ut plures tradunt, sive alius, scriptor certe meo judicio vetustissimus est; in quo, quamvis animum diligenter attenderim, ne levissimum quidem recentioris aetatis vestigium reperi, contra proba omnia, et antiquitatem redolentia. Orationis forma Homericam refert, sic tamen, ut pauca singularia in ea notentur.

Ta-

Tale est *ἔπει* pro *ἔπειτα* Argon. 182. et 675. ubi videtur H. Stephanum, Abreschius quidem Dilucid. Thucyd. p. 446. id aliis etiam scriptoribus usitatum dicit. Sed exempla magis certa et perspicua requiro. Tale quoque est *οἱ* pro particula expletiva, quod pluribus locis occurrit, nec semel ex Codice nostro restituetur. Quamquam illud *οἱ* non prorsus dissimilem usum habet aliquot Homeri locis, quae Gesnerus laudavit indice h. v. quibus adde II. E. 24. Ὡς δὲ οἱ μὴ πάγχυ γέραν ἀκαχημένος εἶη. Erunt fortasse, qui inter singularia quoque referant formam Alexandrinam *εἶδα* vs. 116. et *ἔπεσα* vs. 519. Quibus locis usus Valckenarius meus ad Herodot. VIII. 68. hoc iudicium addit: *Hic sorax suis se saepe prodit indicis.* At sint eae formae indicio, scriptorem Argonauticorum Alexandrinum fuisse: nihil impedit: modo ne ad carminis vetustatem elevandam trahantur. Nam alii quoque poëtae, quorum antiquitatem nemo in dubium vocaverit, Alexandrinis formis usi reperiuntur, tanquam Lycophron vs. 21. ἐσχάζσαν. quo respicit Grammaticus MS. in Bibl. Sangermanensi: Ἐλέγσαν, ἐγράφσαν, καὶ τὰ ὅμοια Ἀλεξανδρεῖς λέγουσι. Λυκόφρων Ἀλεξάνδρῳ· Ναῦται λίαν, κατὰ γῆς ἐσχάζσαν. idem vs. 252. πέφρικαν. ubi videtur Tzetzen. Posidippus Anthol. VII. p. 614. τὴν δὲ, θαλάσσης Ψαύουσαν, πρηεῖς εἶχσαν αἰγίαιοι. Verum, quem poëtam nos ab antiquitate et elegantia commendamus, eum, ecce, in Germania exortus Orpheomastix (\*) recentiore Graeculum, barbarum ac semila-

[(\*)] J. G. Schneiderus in Analectis Criticis in Script.

tinum versificatorem appellat, qui quod pingui ingenio concepisset, vix potuerit idoneis verbis efferre. In qua accusationis atrocitate, nescio, quid magis miser, inscitiamne, an confidentiam. Fatendum quidem est, Argonautica rarius a veteribus, ne a Graecis quidem Apollonii interpretibus, laudari. Quanquam hi, si bene coniecit vir eximius, Jo. Toupius Emend. in Suid. T. III. p. 75. quod vix putem, Argonautica sub Cleonis Curiensis nomine laudarunt. Sed ex hoc silentio, frustra sit, qui argumentum ducat ad vetustatis, quam habent, opinionem convellendam. Etenim diserte laudantur ab antiquis et claris Grammaticis, Oro et Dracone Stratonicensi. Orus quidem apud Etymol. M. p. 787. l. 29. haec ex iis attulit: Τὸν δὲ καλέουσι Φάνητα, ὅτι πρῶτος ἐν αἰθέρι Φαντὸς ἐγένετο. Quae cum Sylburgius unde sumta essent, ignoraret, sic corrigere instituebat: τὸν δὲ καλέουσι Φάνητα, Τοῦνεκα πάντων πρῶτος ἐν αἰθέρι Φαντὸς ἐγένετο. Sed Orus de memoria, ut saepe solent Grammatici, laudavit Argonaut. 15.

ὃν ῥα Φάνητα

Ἄοπλότεροι καλέουσι βροτοί· πρῶτος γὰρ ἐΦάνθη.

Draconis locus est in libro inedito *περὶ μέτρων ποιητικῶν*, quem in Bibliotheca Regia evolvimus: *ποιηταὶ δὲ ἢ προστιθέντες διὰ τὸ μέτρον, συστέλλουσι τὸ ἴ, ποταμῆδος Παγασηίδος λέγοντες. ἔθεν καὶ Ὀρφεὺς ἐν Ἀργοναυτικαῖς* (vs. 110.)

καί

Gr. et Lat. Fascic. I. Sect. IV. sive Disputatione de dubia carminum Orphicorum auctoritate et vetustate, Trajecti ad Viadrum 1778. 8vo. Vid. Harles. ad Fabric. Bibl. Gr. Vol. I. p. 147.]

Λακφίροισι πῶδεσσιν, ὑπὲρ Παγασσίδας ἀκτάς.  
ἐντὶ τοῦ, Παγασσίδας. Idem: Φόρκυος τὸ κῦ ἐκτείνει  
αἱ γὰρ γενικαὶ αἱ διὰ τοῦ νόσ ὑπὲρ δύο συλλαβὰς ὑπάρ-  
χουσαι, εἰ παραλήγοντο, τῶ ὕ ἐκτεταμένῳ παραλήγου-  
ται, ὡς Φόρκυος, πάλτυρος, τὴν δὲ ὄνομαστικὴν συστέλ-  
λεσθαι βούλεται Ἡραδιανός. καὶ οὕτως εὐρήσεις παρὰ  
παιηταῖς Ὀρφέως. (Argon. vs. 337.)

οἱ Πρωτέα, καὶ Φόρκυα, καὶ εὐρυβίην Τρίτανα.  
Suidas, utriusque Grammatici scripta recensens, ni-  
hil de aetate, qua vixerint, addit. Antiquos tamen  
esse, satis aliunde constat. Jam qui vel leviter Gram-  
maticos attigerit, ignorare non potest, recentiores  
quidem, velut Thomam Magistrum et Moschopu-  
lum, nullo discrimine veteres, novitios scriptores  
laudare: at antiquos, quales Orus et Draco sunt,  
praecepta sua non nisi veterum et classicorum  
scriptorum, de quibus in Histor. Crit. Orat. Gr. p.  
95. (\*) disputavimus, auctoritate confirmare. Et  
hanc antiquitatem omnes ita sequuntur, ut Euphorion  
et Parthenius poetarum recentissimi sint, quorum tes-  
timoniis utantur. Ex his cogitur, nunquam Gramma-  
ticos, quos diximus, Orphei Argonautica laudaturos  
fuisse, nisi carminis vetustatem cognitam perspectam-  
que habuissent. Huc accedit, quod Nonnus, seculi  
quinti poeta, nec nisi veteres imitari solitus, Argo-  
nautica manifesta imitatione expressit, ut ad vs. 226.  
demonstrabimus, non tantum auctoritatis huic carmi-  
ni tributurus, nisi antiquitatis fides inter omnes con-  
stitisset. De ipso poemate, ut nunc est, in neu-

τραμ

[(\*) Supra, horum Opusc. p. 386.]

tiam partem, arbitror, judicari posse. Ante turpissima scripturae menda, quibus singuli versus inquantur, detergenda sunt, et magna vis versuum, qui librariorum socordia exciderunt, e libris MSS. revocanda, sicut nos haud unum e fuga reprehendimus, quam de ejus virtutibus vitisve disputatio suscipiatur. De Hymnis expeditior res est. Negat quidem Orpheomastix, ullum Orphicorum Hymnorum locum a scriptore vetustiore laudatum esse. Sed vultus ejus rubore suffundetur, si viderit, non unum, sed plures versus ab antiquissimis scriptoribus, Demosthene et Pausania, sub Orphei vel Onomacriti nomine, afferri. Demosthenes Orat. I. in Aristogit. p. 468. τὴν ἀπαραίτατον καὶ σεμνὴν Δίκην, ἣν ὁ τὰς ἀγιοτάτας ἡμῖν τελετὰς καταδείξας Ὀρφεὺς παρὰ τὸν τοῦ Διὸς θρόνον Φησὶ καθήμενῃ, πάντα τὰ τῶν ἀνθρώπων ἐφορᾶν. Respexit H. 61. in Justitiam:

Ὅμμα Δίκης μέλπω πανδεκτός, ἀγλαομόρφου,

Ἡ καὶ Ζηνὸς ἀνακτος ἐπὶ θρόνον ἱερὸν ἴζει,

Ὀυρανὸθεν καθορῶσα βίον θνητῶν πολυφύλων.

Pausanias Boeotic. 35. Ἡσίωδος τὰς Χάριτας Φησὶ εἶναι Διὸς τε καὶ Εὐρυνόμης, καὶ σφισιν ὄνματα Εὐφροσύνην τε καὶ Ἀγλαΐαν εἶναι καὶ Θάλειαν. κατὰ ταυτὰ δὲ ἐν ἔπεσιν ἐστὶ τοῖς Ὀνομακρίτου. Manifestum est, eum ob oculos habuisse H. 59. in Gratias;

Κλυτέ μοι ᾧ Χάριτες μεγαλάνυμοι, ἀγλαότιμοι,

Θυγατέρες Ζηνὸς τε καὶ Εὐρυνόμης βαθυκόλπου,

Ἀγλαΐῃ τε, Θάλειᾳ, καὶ Εὐφροσύνῃ πολυούβει.

Jam, Orphicorum antiquitate satis vindicata; ad vitiosorum locorum emendationem transeamus.

— Λο. MDCCLXXXII.